



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

59. Nouus Rex inauguratur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

ter quām dissimulatē sustinentem ; sed amicis tanto molimine iam fractis ita se permittit , vt contestetur vim sibi fieri , dum vi-
ri vult ab eo abhorrete , quod re ipsa ad insaniam deperit , nempe vi-
virum se ingentis animi , seipso contentum , & sua virtute , reliqu
omnia , ex mentis suæ arce despectantem ostentet , & quod idem est
apud Sinas magnificè simulet . Verum hanc fabulam ludit haud phe-
nomenum magnifici nouorum Regum inauguracione . Adhuc Colai & Pra-
sides , Regi novo supplices procident , regnandi cupidine flagrantem
obsecrant dignetur labans Imperium fulcire ; is velut improvo pe-
culsus nuntio , negat obsecrante tanto se ponderi ferendo parem , quod
certò nec velit miseri , nec auferri : certatur verbis & precibus , cum
dies Scrutantur Astrologi , punctum temporis ominatum , ad impo-
nendum illi diadema ; Rituum Tribunal noinen ei cudit duorum cha-
racterum , tantò illustrius quanto rerum gestarum tempora non ab
Imperijs aut seculi ortu , sed à primo tantum regnantis anno ac nomi-
ne computantur ; Augusti decimo octavo coronatur cum sol medio
æstus dici accenderet quem ei articulum pro felicissimo Mathematicorum
ars vana legerat , paternorum enim annorum numerum , di-
agram suorum numero non æquauit , fecellitque pariter Taïcian no-
men , quam ei appellationem Rituum Praesides fabricarant sonabatque
apud nos diuturnum florere . At is corona insignitus sesquimensem ut
integrum cum florisset emarcuit ; venæno ut fama est sublatu . Lete-
re illum Sinæ non fictis lachrimis , vt qui paucis diebus magnas ini-
mouisset expectationes , sperareturque periclitantibus ne perirent , us
præsidij succursurus , quæ post eius mortem nemo tulit . Coronam
imperijs non plus octiduo suscipere distulit annorum sedecim ipius
filius , Tienchi , hoc est cœlum apertum nominatus , qui breve solam
regni octennium huic historiæ suggesteret .

Primit regni eius duobus annis , æui nempe huius vigesimo &
gesimo primo , magnum sibi res Christianorum spondebant inclemen-
tum nisi Pauli Doctoris sanctum & sapiens inuentum , tyranni Scin-
tibes disturbasset . Praerat Paulus lanistis & ducibus , Sinenes militis
auxilia petuit & PP. aduersus Tartaros ad bellum fингentibus . Officij huius opportunita-
te prudenter censuit posse Patres non modo in publicum (latebant
enim qui exilium vitarant) sed in Regis quoque restitu graciā te-
gnōque tam necessarios probari , vt nullius deinceps potestati effici-
obnoxij . Cogitabat ergo machinas bellicas , & peritos eatum libe-
tates à Lusitanis mutuo petere , cum iis Patres , quām possent plorimi
venturos , nec aliud exigi ut ea in arte docti crederentur , nisi re-
scirentur fuisse Ricci comites , quem opinione omnium , nihil ma-
chinarum bello utilium latuisset . Tanti negotij , & peregrinorum
etiam armatorum metu tam lubrici , cenfuram expetiit ab amicis
duabus , Michaële , & Leone Doctoribus , qui tunc Hanci morabantur ;
consilium probant , ex communī assensu Michaël & Paulus Ma-

^{79.}
Nouus Rex
inauguratur.

^{80.}
Sinæ à Lusit.
auxilia pe-
tuit & PP.
Machin pe-
titos , Lega-
tione illustri.